



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 46. Utrum Julius II. Papa Navarræ Regem anathemate perculerit?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

Sæcul. XVI. gressus, cuncta Navarrensiū privilegia  
 A.C. 1512. confirmavit, ac non sine Gramontensiū,  
 qui Navarræ Regi se addixerant, di-  
 spendio Beamontiorum factionem restau-  
 ravit. Tanta vero moderatione ac regimi-  
 nis lenitate erga populos nuper armis sub-  
 actos utebatur, ut illi se exteri Princi-  
 pis imperium subjisse, vix animadverte-  
 rent, & quoniam Arragonensibus minus  
 propensi essent, Ferdinandus illos Castel-  
 lanis adjunxit.

Tunc primum Dorcestriæ Marchio se  
 a Ferdinando delusum agnovit, hinc que-  
 rebatur, quod Rex haud integra fide bel-  
 lum fuisset auspicatus, eoque nil minus  
 quam Aquitanniam, sed potius Navarræ  
 Regnum occupare in mente habuisset.  
 Nihilominus Rex Catholicus Marchionis  
 querelas flocci pendens, alieno Regno in-  
 hiabat, eoque quiete fruebatur.

### §. XLVI.

*Utrum Julius II. Papa Navarræ  
 Regem anathemate perculerit.*

*Mezer. ab-  
 reg. chron.  
 tom. 4. p. 189.  
 Vie de Louis  
 XII.*

*Spond. ad  
 an. 1512. n.  
 23. & 24.*

Referunt Scriptorum nonnulli, quod  
 Ferdinandus ad invadendum Na-  
 varræ Regnum, illudque deinceps deti-  
 nendum edicti a Julio II. promulgati ob-  
 tentu usus fuerit; a nonnullis enim me-  
 moriæ proditum legimus, quod idem  
 Pontifex in Joannem Albretum anathe-  
 ma

ma vibraverit, quin *imo* non desunt, qui Sæcul. XVI.  
hanc Bullam mense Februario vel ut alii *A.C. 1512.*  
volunt prima Martii die datam, eaque *Sandoval. in  
Navarrensis Regni possessionem primo oc-  
cupanti assertam fuisse tradant. Cum au-*V. Imp. l. 1.*  
tem nullus omnino ex hisce Scriptoribus *§. 45.**

hanc Bullam alleget, nec eorum, quæ  
in illo continentur, summam recenseat,  
potius confictam censemus. *Fac tamen ve-  
rum esse*, inquit Mezeraius, *eiusmodi edi-  
tum fuisse promulgatum*, nequaquam ta-  
men ejus obtentu Regnum, quod a solo  
Deo concessum fuit, occupari potuisset;  
Præterea etiamsi ejusmodi Constitutio-  
jus in Regnum tribuere valeret, nihilo-  
minus hæc Bulla primum mense Julio  
fuit promulgata, cum tamen Hispani  
Scriptores testentur, quod Ferdinandus  
hoc Regnum jamjam mense Junio inva-  
serit. Hanc in rem Mariana id solum te- *Marian. lib.*  
statum reliquit: quod *Antonius Acunias 30. n. 51.*

*Zamoræ Episcopus superioribus diebus Pam-  
pelonem adierit, ac Pontificis verbis obtestata-  
tus fuerit, ne *Vasco* cum faciosis, ac pa-  
cem Ecclesiæ turbantibus res suas misceret.  
ac si secus esset factum, diras in caput ejus  
minas & extrema exempla detestari jussus  
fuisset (\*). Idem vero Scriptor: Parum*

F f 4

ea

(\*) *Forte Continuator oblitus est, quod Ma-  
riana lib. 30. paulo ante hunc titulum capitulo*

Sæcul. XVI ea tunc diligentia profectum fuisse, mox sub-  
A.C. 1512. jungit. His igitur satis superque confu-

*Nebriß. de  
bello Navar.* confutatum videtur, quod nunquam a summo

Pontifice ejusmodi Bulla fuerit edita.

*lib. I.*

Ceterum ferme omnes Hispani Scripto-  
res nil intentatum relinquunt, ut hujus  
usurcationis iniquitatem honesto obtenu-  
purgare valeant, solus tamen Mariana  
excipi meretur, in cuius integratatis te-  
stimonium fateri cogimur, quod nec pa-  
triæ suæ affectu, nec exilii timore, quo  
postea multabatur, sese abripi passus sit,  
quo minus Navarræ invasionem velut  
manifestam usurcationem, atque atro-  
cissimam injustitiam describeret.

## XLVII.

38. *præfigat*: Vasconum Rex a Pontifice ana-  
themate devinctus; *in ipso autem capituli corpo-*  
*re hæc referat* Cognito Pontifex eum Regem  
Ecclesiæ hostibus favere, ac Pisani conventus  
Patres complecti ex animo, re cum Cardinali-  
um Senatu communicata, Regem, & Reginam  
execratione ritu Christiano devictos ditione  
omni spoliavit. Hæc sententia ad duodecimum  
Kalendas Martii est Romæ pronunciata. *Hanc*  
*tamen Bullam a Papa fuisse editam, egregio*  
*confutat Spordanus loco supra citato.*